

hodie natus est sine patre in terris. O miracula, ô
prodigia, fratres mei, naturæ iura mutantur in ho-
mīne! Deus nascitur, virgo sine viro grauidatur, viri
nesciam sermo Dei maritat. Simul facta est mater &
virgo; mater facta, sed incorrupta, virgo habens fi-
lium nesciēs virum: Semper clausa, sed non infœcū-
da. Solus enim sine peccato est natus, quem sine viri-
licōplexu non concupiscentia carnis, sed obedien-
tia genuit in entis. Virgo cōcepit, sola vulneri nostro
medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vul-
nere germē piæ prolis emisit. O mira & inexquisita